



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Meyeri S. Literarum Doct. & Prof. Uxor Christiana Sive De Conjugio Inter Duos Deque Incestu Et Divortiis, Dissertationes Tres

Meier, Johannes

Amstelædami, 1688

Cap. IX. Variæ opiniones Hebræorum, tam Talmudicorum, quam Karæorum, circa materiam de incestu ex Elia ben Mosche Karæo, an plures personæ & gradus prohibet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40272

Reliquos casus, qui huc referri possunt, enodatos vide ad Levit. xviii. 7. 8. & reliquos versus. Sequuntur com. 18. & sequentibus cætera conjugia illicita, quæ non sunt incestuosa, de quibus suo loco.

CAPUT. IX.

Varia opiniones Hebræorum, tam Talmudicorum, quam Karæorum circa materiam de Incestu ex Elia ben Mosche Karæo, an plures persone & gradus prohibiti.

Explicatis, quantum instituto nostro sufficit, legibus de incestu, sive incestuosis nuptiis, ordo & methodus, quam nobis præscripsimus, *hujus Dissert. Cap. II. Th. VI.* nos perducit ad considerationem variarum opinionum, tam Hebræorum, quam Christianorum, de personis & gradibus prohibitis. Hebræorum cum Talmudicorum tum Karæorum sententiam elegantissime nobis exhibet noster Elias ben Mosche, qui solus nobis sufficiet, cujus idcirco vestigiis insitemus. *Capite quarto Tractatus de Incestu, agit בענין העריות בחלוק דעות החכמים de Sententiarum discrimine, quod inter Sapientes habetur circa genera incestus. Capite quinto agit בענין העריות בחלוק דעות חכמי הקראים de Sententiarum differentia, que est inter Sapientes ex Karais circa materiam de incestu.* Quod argumentum curiosum sane, nec inutile nec injucundum Lectori fore confido, ideoque non piget integrum Eliæ commentarium hic ex rarissimo libro Constantinopoli impresso describere.

II. Ita in fit Cap. IV. חכמי ישראל בענין העריות נחלקו לשתי תורות גדולות. התורה האחת הם בעלי הקבלה שאמרו שאין הקש בעריות אמנם דרכו על הכתוב לבר ואמרו שאם היה ההקש עקר בעריות היה ראוי להזכיר אסור אחות האב וממנו נקיש אסור אחות האם ועוד אחר שאסר בת אשת האב היה ראוי לשתוק על בת אשתו והיינו לומדים אסורין מההקש ועוד אחר שאסר הכתוב אשת אחי האב היינו לומדים מקל וחומר אסור אשת אחי Sapientes Israelitarum in materia de Incestu divisi sunt in duas classes sive Sectas Celeberrimas. Prima est Traditionalium, qui in Incestu nullam argumentationi locum esse, asserunt, soliusque Scripturæ vestigiis insistentes dicunt, quod si argumentationi foret in incestu locus a principali, interdictum de forore patris duntaxat referri, indeque argumentatio & conclusio fieri debuisset ad prohibendam fororem matris. 2. Postquam Scriptura filiam uxoris patris prohibuit, non debuisset filia uxoris facere mentionem, tunc

earum prohibitionem ex argumentatione & conclusione discere potuissemus. 3. Postquam Scriptura interdixit uxore fratris patris, per argumentationem a fortiore discere potuissemus prohibitionem uxoris fratris ejus.

III. Ast (pergit Elias) Sapientes Karæi ipsis responderunt, dicendo, quod ipsi Traditionarii statuunt interdictum de matre niti hoc gemino fundamento, & quod sit mater, & quod sit nuditas patris. Quodque in luper sensus Theologiæ sit diversus, cujus operum dispositionem mensurare & restringere non possumus; & quamvis in illis errare nequeamus, aliquando tamen ex scientiæ nostræ defectu in quibusdam erramus; sed operam dari oportet, ne decretum legis deficiat, quocumque modo id fieri integrum est. Accedit, quod præceptum de Sabbatho, & admonitio ejus, tredecim Scripturæ locis occurrat, sicut relatam a nobis (*Tractatu de Sabbatho*) Quin illi ipsi in materia de incestu argumentis & conclusionibus utuntur, vigintique mulieres prohibent, quæ sunt Secundariæ in Incestu, etsi dicant, has Prohibitiones neque in Scriptura esse comprehensas, neque per argumentationem inde deductas, sed ex verbis Scribarum desumptas, illæque Secundariæ sunt sequentes. 1. *Mater matris, sine termino, sive indefinite sursum.* 2. *Mater patris matris ejus sola.* 3. *Mater patris indefinite, etiam mater matris patris ad primum usque Adamum prohibita.* 4. *Mater patris patris.* 5. *Uxor patris patris: & hac iterum indefinite sursum.* 6. *Uxor patris matris ejus sola.* 7. *Uxor fratris matris, sive a patre, sive a matre.* 8. *Uxor fratris patris a matre.* 9. *Nurus filii; & hac iterum in infinitum deorsum.* 10. *Nurus filie sola.* 11. *Filia filie filii sola.* 12. *Filia filii filii sola.* 13. *Filia filie filie sola.* 14. *Filia filii filie sola.* 15. *Filia filii filii uxoris sola.* 16. *Filia filie filie uxoris sola.* 17. *Mater matris patris uxoris sola.* 18. *Mater matris matris uxoris sola.* 19. *Mater patris matris uxoris sola.* 20. *Mater patris patris uxoris sola.* Quas inter secundarias reperiuntur quatuor in infinitum vetitæ, tres sursum & una deorsum.

IV. Et mirari subit, quod illi (Traditionales) dicant, in materia de Incestu se non argumentari. Etenim rogo eos, annon filia, cujus mentio non est facta, in Scriptura sit prohibita? Sed vetant eam per argumentum a pari. Et quomodo nurus filii eis erit Secundaria? quomodo, quia sursum ac deorsum nonnullas prohibent in infinitum, certum eis numerum in incestu assignare poterunt? Accedit, quod quædam ex iis secundariis, quas referunt, per modum argumentandi eliciantur, sicut meminit Sapiens

ens

ens Rabbenu Aaron, quomodo ergo dicunt, illas esse ex decreto Scribarum prohibitas? Porro si filiam discamus per argumentum a pari, quæ est una species argumentationum, quomodo ergo eam in jure sive argumento a majori comprehendunt? Annon ipsi asserunt, jus non non prodire ex jure, i. e. procedere ex virtute argumentandi? cum tamen filiam per argumentum a pari elici, statuunt, quasi expresse esset prohibita. Argumentantur porro a voce זמה ad זמה sive a scelere ad scelus, & a voce הנה ad הנה illa sunt. Tradunt enim in Scriptura legi (Lev. xviii. 17.) *Nuditatem mulieris & filia ejus ne retegito; filiam filii ejus aut filiam filia ejus ne accipio, ad retegendam nuditatem ejus, proxima ejus sunt* זמה הוא scelus est. Hoc autem commate tres generationes & scelus refert. Deinde dicit (Cap. xx. 14.) *Quicumque duxerit mulierem & matrem ejus, זמה הוא* scelus est. De his & de illis dicitur זמה scelus, ut hic sunt tres generationes prohibita, ita & illic. Insuper scribunt, in Scriptura haberi (Lev. xviii. 10.) *Nuditatem filia filii tui, aut filia filia tue, ne retege nuditatem earum, nam nuditas tua sunt.* & dein dicit (com. 17.) *Nuditatem mulieris & filia ejus ne retegito* &c. Quemadmodum vox הנה illa, hic scripta filiam ipsam prohibet, ita etiam vox הנה in versu præcedenti decimo filiam prohibere debet, ut non sit relata in Scriptura. Sed argumentatio, qua utuntur nostri Sapientes (Karai) in materia de incestu longe est evidentior, quam illa argumentatio a pari, qua utuntur בעלי הקבלה *Traditionales*, quemadmodum iis quæ a nobis allata, satis constat. Quod hi eo fine faciunt, ut extollant suum sermonem, eique dignitatem concilient, & auditorum animis metum injiciant.

V. Quod ulterius probat: עוד אמרו בענין הצרות המש עשרה נשים פוטרות צרותיהן וצרות צרותיהן מן החליצה ומן היבום עד סוף כל הדורות ואלו הן בתו ובת בתו ובת בנו בת אשתו ובת בנה ובת בתה חמותו ואם חמותו ואם חמיו ואחותו מאמו ואחות אמו ואחות אשתו ואשת אחיו מאמו ואשת אחיו שלא היה בעולמו וכלתו וכלן אם מתו או מאנו או נתגרשו או שנמצאו אילוניות צרותיהן מותרות: ואלה הצרות הוצינם שתהינה מותרות ממאמר ואשה אל אחותו לא תקח לצרור עליה בתיה ונאמר יבמה יבא עליה ולקחה לו לאשה ויבמה ונאמר כאן עליה ונאמר להלן עליה כה עליה האמורה להלן במקום מצוה אף עליה האמורה באן במקום מצוה עוד אמרו אין לי אלא היא צרתה מנין תלמוד לומר לצרור ולא לצור לא היא ולא צרתה ואין לי אלא אחות אשה שאר עריות מנין אמרת קל וחומר במה מצונו זמה אחות אשה מיוחדת שהיא ערוה והייבין על זדונן כרת ועל שגגתן חטאת ואכר צרתה קל וחומר בכל נשים שחייבים על זדונן כרת ועל שגגתן חטאת

Porro in materia

materia de *amulis* sive *adversatricibus*, quindecim mulieres licitas esse dicunt, *æmulas* & *æmularum* suarum *æmulas* ex ritu exaltationis & levirationis, ad finem usque omnium generationum. Illæ autem sunt sequentes. 1. *Filia ejus*. 2. *Filia filia ejus*. 3. *Filia filii ejus*. 4. *Filia uxoris ejus*. 5. *Filia filii ejus*. 6. *Filia filia ejus*. 7. *Socrus ejus*. 8. *Mater socrus ejus*. 9. *Mater soceri ejus*. 10. *Soror ejus*. 11. *Soror Matris ejus*. 12. *Soror uxoris ejus*. 13. *Uxor fratris e matre*. 14. *Uxor fratris, quæ non est in mundo*. 15. *Nurus ejus*. Et illarum omnium, sive mortuæ sint, sive reuerint & denegarint cum marito desponsato habitare, sive repudiatae sint, sive steriles, *æmulæ* sunt licitæ. Illas autem *æmulas* licitas esse, eliciunt & concludunt ex illo dicto (Lev. xviii. 18.) *mulierem ad sororem ejus ne assumito ad eam affigendam in vita ejus*. item (Deut. xxv. 5.) *Levir ejus congregitar עליה super eam, & ducens eam sibi in uxorem, Leviri officium præstato ei*: adduntque, hic dici, עליה super eam, & illic dici, עליה super eam; quemadmodum ibi particula עליה extat, ubi est præceptum, ita & hic est עליה, ubi occurrit præceptum. Porro dicunt; inde nonnisi de sorore probatur, sed *æmula* ejus quod alii nubere possit, unde probatur? Scriptura dicit, לצור, *lixror* (cum gemino *resch*) non לצור, quo innuitur illa & *æmula* ejus. Sed inde non concluditur, nisi sororem uxoris esse prohibitam, reliquas autem nuditates esse vetitas, unde id habeo? dixistine? argumento hoc probabo a fortiori. Quemadmodum sororis uxoris *æmula* prohibita est, quæ peculiaris nuditas & turpitudine est, & excidio tenentur ex proposito & data opera cum ea cubantes, qui vero per errorem, tenentur sacrificio: ita per argumentum a fortiore, omnium foeminarum, cum quibus data opera concumbentes excidio, sed per errorem, sacrificio peccati tenentur, *æmulæ* sunt prohibita; ita ergo earum *æmulæ* sunt vetitæ, sed *æmularum* *æmulas* esse vetitas, unde id habeo? ex duplici *resch* in voce לצור (Quæ sunt desumpta ex codice Talmudico *Jebammoth*, fol. 2. & 3. ubi paulo aliter leguntur.)

VI. Tandem, inquit, non suffecerunt illis verba Scripturæ, sed ei addere aliquid voluerunt e verbis Scribarum, & suæ causæ præsidium petierunt ex textibus Scripturæ memoratis, per argumentum a comparatione desumptum, quod volunt esse argumentum a fortiore. Nunc pergit ad Karæos:

התורה השנית הם חכמי הקראים שקימו בהקש בעיות ואמרו שהכתוב הוריענו הערה
הקש

ההקש בענין העריות בכמה מקומות הא שהכתוב לא הזכיר אסור הכת וידענו זה מהקש קל וחומר אחרי שאסר בת הכת כל שכן הכת בעצמה שנית שהכתוב אמר ערות אחי אביך לא תגלה ומקש גורה שזה ידענו אסור אדוי האם ואחר כן גם כן אסר אחות האם והניח מקום להקיש בעריות שלישיה מדרך השכל שהאסור על הזכר מפני עלה כשהיה העלה ההוא בעצמה במקום אחר ראוי להיותו באסור להקיש מהכתוב אל הכלתי כתוב אחרי שמשפט אחר להם מפני שהתורה נתנה להם להבין דבר מתוך דבר ככתוב רק עם חכם ונכון הגוי הגדול הזה והנה תורתנו התמימה נתנהגה בהקש בדברים רבים כמו שזכרנו בתחלת הזכרנו זה במיני ההקשים שנעשים בתכמת תורתנו ובזולתם לא נוכל לדעת רוב המצות והנה ההקש הוא אשר ישפטהו השכל האנושי וכל החכמות העיוניות והמעשיות הכל מוסדות על דרך ההקש כמו שירוע זה אצל המעיינים וכבר ידעת שהנפש החכמה והחכמה העיונית והמעשית הכל משוחות לדברי הנבואה להצדיק מאמרי הנפש הנבואית מסכימים לשפוט הנפש החכמה וזה לא יהיה אלא על ידי ההקש וכן מציות השם ואזירותו וכל עקריו האמונה שהזכירו החכמים וכן קיום חרוש זה המציאות אשר הוא עמוד תורתנו האלהית ושרשיה לא יודעו רק על ידי ההקש והנה בכלול ההקש במאמרים הנבואיים תפול כל התורה בכללה והנה רבי אברהם בן עזרה ורבי משה המימוני זכרו לברכה כל מרה שרבו בטעמי המצות ושעם ספורי עניני תורתנו הכל מיוסר מהקש מצות אחרות שנתבאר בתורה

בבית הן ושעמיהן

Altera Secta est Sapientum Karæorum, qui argumentationem in materia de Incestu statuantes, dicunt, Scripturam nobis multis in locis doctrinam argumentationis circa genera incestus aperire. 1. quia in Scriptura non est relata filia prohibito, quam discimus & intelligimus per argumentum a fortiore, postquam filia filia prohibita, multo magis igitur filia ipsa. 2. quia textus habet (Lev. XVIII. 14.) *Nudiatem fratris patris tui ne retegito*, unde per argumentum a pari, fratrem matris prohibitum esse, cognoscimus: deinde etiam fororem matris prohibuit, & argumentationi in Incestu locum reliquit. 3. Per modum ratiocinii. Quodcunque alicui prohibitum propter aliquam causam, ea si & alio in loco reperiat, etiam ibi oportet ut sit prohibitio, & argumentatio detur ex Scriptura ad id, quod expresse in Scriptura non legitur; siquidem jus unum illis est. Cum lex sapienti sit data, ut rem unam ex alia intelligat, prout scriptum legitur (Deut. iv. 6.) *tantum gens ista maxima populus est sapiens & prudens*. Et in lege nostra perfecta multis in locis usitata est argumentatio, sicut initio hujus libri species argumentationum enarravimus, quæ fiunt per sapientiam legis nostræ, sine quibus multitudinem præceptorum scire nequimus. Argumentatio est id, de quo judicium fert humanus intellectus. Et omnes disciplinae theoreticæ & practicæ modo argumentationis fundatæ sunt, prout hoc oculis & mente attentis manifestum est.

Jan.

Jam intellexisti, animam sapientem, & scientias theoreticas & practicas omnes inservire verbis prophetiae ad justificanda dicta prophetica cum judicio animae sapientis consonantia. Hoc autem non nisi per argumentationem fieri potest. Atque ita existentia Dei & unitas ejus, omniaque fidei fundamenta, quorum Sapientes mentionem faciunt, & firmitas creationis rerum existentium, quae est columna legis nostrae divinae, & fundamenta ejus, non cognoscuntur nisi per argumentationem. Ecce per abolitionem argumentationis in sermonibus prophetis tota Lex ruit. Et quicquid R. Abraham ben Esra, & R. Moses Maymonides b.m. locuti sunt de rationibus praceptorum, & de ratione casuum & rerum gestarum legis nostrae, id totum fundatum est argumentatione aliarum legum, quarum causae & rationes in Lege sunt declaratae.

CAPUT X.

Differentia sententiarum, quae est inter Sapientes Karaeorum, circa materiam de Incestu, ex ejusdem Elia Karai Tract. de Incestu Cap. v. Qui tamen omnes Karai non tantum personas, sed gradus prohibitos confirmant.

הפרק החמישי בחלוק דעות חכמי הקראים בענין העריות. חכמי הקראים נחלקו בענין העריות לשתי חודות גדולות. החודת האחת הם בעלי הרכב שאמרו שהזכר והנקבה במדרגת גוף אחד ואסרו לאיש שאר אשתו כשארו: ועוד זאת האשה אם נשאת לאחר נהירת היא והוא במדרגת גוף אחד ואסרו שארי זה האיש לבעלה הראשון וכן אם נשאת לאחר יהיה זה המשפט בעצמו עד ארבעה גופים. והביאו ראיה בזה ממאמר ודבק באשתו והיו לבשר אחד ולפי ראייתם אי ראוי לעמוד בזה אמנם ראוי להשתלשל בכל מה שאפשר כי מאי זה כח יעמידוהו אל גבול לפי דעתם והביאו עוד ראיה בזה ממאמר ערות אשת אבין לא תגלה ערות אבין היא כי אחרי שהכתוב הודיע שערות אשת האב היא ערות האב אם כן נראה מזה שהזכר והנקבה במדרגת גוף אחד. עוד הביאו ראיה ממאמר ערות בת אשת אבין מולדת אבין אחותך היא לא תגלה ערותה כי בת אשת האב קראה הכתוב מולדת האב ואחותו והאב לא הולדה ואינה אחות אמתית אלא אחות שאולה אמנם מפני שהזכר והנקבה במדרגת גוף אחד לכן ייחסה הכתוב בזה. עוד הביאו ראיה מפסוק ערות אחי אבין לא תגלה אל אשתו לא תקרב דודתך היא כי הכתוב ייחס ערות אחי האב כערות אשתו מפני ששניהם במדרגת גוף אחד. עוד הביאו ראיה מפסוק ערות אחיך לא תגלה ערות אחיך היא כי שם ערות האשה ערותו וזה מפני ששניהם במדרגת גוף אחד ואחרי שכתבו באלה הראיות שהזכר והנקבה במדרגת גוף אחד הקישו בעריות והלכו מן הקש אל הקש ומן רכוב אל רכוב ואסרו גופים רבים אשר לא יגבילם השכל האנושי והוסיפו על הכתוב ועל ההקש כי ההקש ראוי שיוקש מהכתוב לא שיוקש הקש מהקש ומעבר ממעבר ורכוב מרכוב ואסרו עוד מתוך קריאת השם באמרם שבת אשת האב היא כאחות האמתית ואסרו